



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXXIII. Qui non debeant admitti ad accusationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

accusatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ſpatioſum ad abluenda crimina.

XXXII.

2. q. 6. Ultra
prouincia-
rum. Et in
2. epiſt. de-
cret. Ste-
phani Pa-
pæ I.

Similiter in iam fata Synodo ſtatutum eſt, vt ultra pro- uinciæ terminos accuſandi licentia non progrediatur, niſi ad hanc apoſtolicam fuerit ſedem prouocatum, ad quam omnes qui voluerint libere, & abſque vlllo impedimento
* a quibuſdam agendo, confluere debent.

* id eſt,
quibus in-
ferendo,

XXXIII.

3. qu. 5. Si-
militer in
præfato.

Similiter in iam præfixa Synodo eſt decretum, ne ſuſpecti, aut infames, aut criminofii, aut * gratioſi, vel calumniatores, vel affines, aut ſclerati, aut facile litigantes, ſuſcipiantur accuſatores, ſed tales, qui omni careant ſuſpicio- ne, quia columnas ſuas Dominus firmiter ſtare voluit, nec a quibuſcumque agitari.

* id eſt,
adulato-
res, vt ce-
pant gloſ-
ſa in præ-
fatis capi-
te.

XXXIV.

1. quæſt. 1.
Iudices au-
tem alii.

Similiter ſtatuit præfata Synodus, vt nullum ſententia, niſi a ſuo iudice dicta, conſtringat. Iudices autem alii eſſe non debent, quam quos ipſe qui impetitur elegerit, aut quos ſuo cum conſenſu hæc ſancta ſedes, aut eius pri- mates auctoritate huius ſanctæ ſedis delegauerint. Ex his enim & aliis quæ tam in hac ſancta ſede quam & ab apoſtolis eorumque ſucceſſoribus ſunt ſtatuta, nihil præfatis epiſcopis conceſſiſtis, ſed vim eis inferentes, iniuſteque (vt ſuperius commemoratum eſt) eos damnantes, aliquos abſentes expuliſtis, quod omni Chriſtianæ religioni eſt inimicum. In quibus apparet, quod nec Domino ſua ſeruatiſti iura, nec huic ſanctæ matri & apoſtolicæ eccleſiæ, quæ (vt præſcriptum eſt) eos ſuo iudicio, aut huic ſedi voluit referuari, ne a tam prauis (ſicut eſtis) hominibus damnarentur aut eiicerentur, in his omnibus vos ſtultos & præuaricatores euangeliorum & Canonum eſſe, nulli ſane ſapientium eſt abſconditum.

XXXV.

2. q. 2. Nul-
lus poteſt
conuocari.

Nec his contenti in veſtra eſtis præuaricatione, ſed etiam, quod prius expulſos eos, & ſuis expoliatos rebus, quaſi vocaſtis atque damnatiſtis, cum nullus regulariter aut vocari aut iudicari poſſit, antequam ſit regulariter reſtitutus, & ſua omnia ei legibus ſint integerrime reformata. Eſt namque in ſæpe iam dicta ſancta Synodo ab omnibus